

**M**os autem populus tuus et oves  
pascue tue. confitebimur tibi cofes-  
sione laudis pro liberatio[n]e nostra. in semi-  
piternum non tantum confitebimur sed  
etiam annunciamus alijs laudem  
tuam quamdiu aliqua generatio  
erit.

**P**salmus. LXXIX. in quo mo-  
net nos in melius comutari et ad  
Christum dirigi.

**D**eus qui es  
rex cuius arbitrio et creato sunt  
et administrantur universa. rex  
deco specialiter Israhel. id est. eo[rum] qui  
te puro corde conspicunt. intende deside-  
rio et petitioni sanctorum qui aduentum  
tuum desiderant. qui deducis per apo-  
stolos populu[m] credente de genub[us] signifi-  
catum per Joseph ad caulas dei t[em]p[or]ariorum  
quae ad pascua

**Q**ui sedes super illas sublimes  
potestates celorum appare in mun-  
do forma nostre mortalitatis assump[ta] vi-  
deant te populi qui per istas tres tribus  
effraim beniamin et manasse desi-  
gnantur

**E**xita potentiam tuam et veni  
id est. manifesta in filio qui est virius tua  
per incarnationem eius. ut saluos facias  
nos. de potestate dyaboli.

**O** deus virtutum conuerte nos  
aueros a te. aliter non conuertemur. nisi tu  
facias qui solus potens es. qui vult vnuer-  
sa compleri. et ostende filium tuum et sal-  
vi erimus.

**H**omine deus virtutum celestium  
quousque iratum te ostendes mihi  
seruo tuo. ad te oranti differendo mit-  
tere filium pro cuius aduentu tollens te  
rogavi.

**Q**uousque libabis nos pane la-  
cimarum. id est. permutes nos affligi  
tribulationibus et doloribus lacrimo-

sis. quia vir sanctus ipsis suis lacrimis pa-  
scitur et reficitur sciens tribulationem qua  
patiatur vel propter exercitus vel propter  
remissionem peccatorum dari sequitur.  
potum dabis nobis in lachrimis  
queratione predicta sanctis viris sunt po-  
tus et refectio que lacrime erunt in men-  
sura scilicet quales sustinere possumus  
quia omnipotens deus consulens fragili-  
tati nostre modisicat et quadam mensu-  
ra temperat flagella sua.

**P**osuisti nos in contradic-  
tionem gentibus vicinis nostris quia  
nobis coletibus et predicantibus te deus  
verum contradicitur ab eis multitudine  
simulacrorum suorum. et inimici nostri  
irrident nos quasi frustra sperantes ut  
salvi siamus

**S**ed contra istos. Deus virtutum  
conuerte nos totos ad te ut te iusto cor  
de diligamus et ostende presentiam  
filij tui et salvi erimus. ipsa enim est p[ro]p[ter]a  
quamlaqueos mortis eu[er]sumus. ipsa de-  
niq[ue] est que dignis et consuetibus celestia  
regna largitur.

**V**ineam. id est. populum iudaicum  
quem tu excolebas sicut bonus agricultor  
vineam suam. transstulisti de egypto in  
terram promissionis eiecisti gentes sci-  
licet amoreos. gebuleos. et cetera. et plan-  
tasti firmiter collocando et securi habita-  
re fecisti.

**B**ux itineris fuisti in conspectu ei[us]  
quia in nube penente per diem et in colum-  
na ignis penente de nocte manifeste te eis  
ostendisti. et plantasti radices eius. id  
est. principes scilicet Moysen et Aaron et pro-  
phetas qui in cultu dei et fidei radices et fu-  
damenta fuerunt aliorum. et populus ille  
impleuit terram promissionis per mul-  
tiplicationem prolis.

**I**mbra eius. id est. cura et solicitude de  
eis regendis operuit maiores quod h[ab]ebat  
montes ne pro sua voluntate ipsi agebent  
h[ab]cure subditorum totaliter intenderent. et  
arbusta. id est. excrementa huius populi

cooperuit cedros dei.i.alius mos eorum  
platos et doctores.quanto ei magis illa vi-  
nea sine populo crecebat.tanto maiori cu-  
ra et sollicitudine prelati eorum occupabantur.  
vita vinea ista crescendo cooperuit oes scotos  
pphetas et patriarchas cura et sollicitudine.

**E**t extendit hec vinea palmitos suos.i.filios suos a bierusalez usq; ad ma-  
re mediterranense quo terminatur regnum iudee et usq; ad flumen iordanis pro-  
pagines eius filios filiorum.

**D**omine cum tot beneficia contuleris  
illi populo. Ut quid ergo destruxisti  
maceriam eius i.custodiam angelicam  
qua eam vallaueras.lubrificasti protec-  
nem eius et exposuisti eam gentibus vi-  
demant ea spoliando.diripiendo et co-  
culcant omnes gentes que iuxta eum  
sunt.

Exterminauit extra terminos patrie sue  
elecit eam captiuando aper sc; vespasianus.  
immundus formis egressus de silva  
genitatis qui singularis.id est superbis  
ferus iudeis depastus est eam.i.tota-  
liter consumpsit

**D**omine deus virtutum quis ex-  
terminata sit vinea et consumpta p maiori  
parte ut tamen reliquie salve fiant conser-  
tere ab ira tua.et propiciare ei de celo.  
et vide indulgendo ei et visita misericordia  
filii tuu q; sanet eam egrotantem.

**E**t ne pereat vinea ex toto. Perfice eam  
in fide filii tui quam inchoasti in umbria  
legali quam plantauit dextera tua p-  
piciatio tua et perfice eam super fidem  
filii tui fundatam et quem confirmas  
tibi.i.tuum esse filium naturale ostendisti di-  
cens.bis est filius meus dilectus in quo mi-  
hibene complacui.

**Q**ui igne impietas vel cupiditas. Sicut  
censi et occultis iniquitatibus suffosci  
ex eadem gente in christum credere nolue-  
runt ab increpatione terribili in die iudicii.  
vultus tui.id est.filii tui peribunt  
**E**qua tam diu mali erimus donec sal-  
uator adueniat. ideo fiat manus tua.  
id est.operatio tua ostendatur potentia su-

per virum.id est.christum qui a dexte-  
ram sedet et super filium hominis et  
virginis scilicet eundem christum qui in  
est filius dei.vt enim sit filius virginis.  
quem confirmasti tibi.supra est ex-  
positum.

**H**oc fac ut oravi. Et non discedimus  
per auersionem a fide ultra qui prius di-  
scellimus et vivificabis nos.vita gracie  
in presenti et glorie in futuro et nomi-  
num inuocabimus. illud scilicet nomen  
quo deus pater appellaris.inuocabimus  
edocu a filio tuo qui institutione salutari  
nos docuit sic orare.pater noster et cetera.

**D**omine deus virtutum converte  
nos ad te perfecte diligendum. ostende  
faciem tuam per agnam visionem et  
salvi erimus quia in clara visione dei  
et perfecta fruitione consistit eterna salus  
nostra.

**P**salmus. LXXX. in quo mo-  
net ut contemptis terrenis ad cele-  
stia mente ascendamus.

**G**oix ecclesie. o fideles

**E**xultate cordis deuotio-  
ne qui nos iuvat in omni-  
bus pressuris nostris. iubila-  
te inexprimibili lenitatem. Deo populi fidei  
les designati per Jacob qui fuit verus  
cultor dei.

**E**t ut possitis exultare et iubilare. Su-  
mite sequentia instrumenta musicalia sa-  
licet psalmum.id est.bonam operationem  
et date deo timpanum.id est.laudem  
cu vestre carnis mortificationem et bis duo  
bus aviugatur psalterium iocundum cu  
cithara.id est.deuota oratio. Buccina-  
te.id est.annunciate alijs laudem alta vo-  
ce.in insigni festo tubarum. scilicet in  
innovatione vestri que per se pentimem gra-  
tiam spissanci sit.id est.preconiali vo-  
ce cantate cum nonne regeneratis gau-  
dia fueritis consecuti que vobis debet esse  
magna solennitas.